diminuta et ligata fuit potestas q̄ p̄us in homies utebat: ut nō tm̄ posset nocere hoibus q̄tū vellet nec q̄tū ante solebat: ligatus aut̄ detentus est vsq; ad tps̄ statutū quo soluedus est vt longe plus solito seueat tentando: psequēdo: et multipliciter infestando ad maiore subuersionē et dānatōnē hoim̄ im̄ piorū: ad maiore vero p̄bationē et purgationē p̄fectissimā electorū. Nā in fine mūdi boni erūt optimi: et mali erūt p̄f simi. ut sicut dicit̄ apo. vlti. Qui scūs est sc̄tificet̄ adhuc. et iustus iustificet̄ adhuc. ⁊ q̄ in sordibus est sordescat adhuc. Solutus aut̄ diabolus ut dictū est multis et miris modis totaz̄ rabiē suā: crudelitātē. iniquitatē. ac astutiā exercebit: sciēs q̄a modicū tps̄ habet. sicut dicit̄ apo. xii. Vñ ad vigilatiā ⁊ cautelā nos amonet̄ bt̄us petrus. d. Aduersariusvr̄ diabolus tā q̄ leo rugrēs circuit̄ q̄rens quē deuoret. Et psal. Insidias in abscondito q̄si leo in spelūca sua. Quod exponēs grego. xxxii. moralīū ait. ad aptā potentiā suffecisset ut leo esset: etiā si insidiās nō fuisset. Rursūq; ad versucias occultas suffecisset ut insidiās surripet et si leo nō esset. Sed q̄a hic antiquus hostis in cunctis suis viribus effrenat̄. seuire p̄vtrāq; pmittit̄: ut p̄tra electos in certamine et fraude et virtute laxet̄. virtute p̄ potentiā. fraude p̄ signa. Recte ergo insidians p̄ miraculorū sp̄m. leo p̄ fortitudinē secularē. ut ei eos qui apte iniqui sūt p̄trahat. secularē potentiā oñtat: ut viros etiā iustos fallat: si gna sc̄ritatis simulat. Idē etiā greg. exponens illud dān. viii. Dirigit̄ dolus in manu eius. ait in manu eius dolus dirigit̄. quia fraus p̄ opus adiunat̄. qd̄ ei fallendo dicit̄ hoc mira faciēdo asserit. Nā quicqd̄ lingua mēdax simulat: hoc q̄si verum esse manus opis oñtat. ¶ §. ii. ¶ Scōm̄ signū erit caritatis infrigidatio sicut p̄dixit dñs math. xxiiii. Refrigescet caritas multorū. Sicut eī senescēte microcosmo. i. hoie q̄ a phis dicit̄ minor mūdus solet calor naturalis diminui: et appropinquante morte magis ac magis minuitur donec in morte prorsus deficiat. sic in maiori mūdo senescēte et ad sui terminū appropinquate caritas que est calor vite spiritualis refrigeret̄ et penitus deficiet. Ait enī aristoteles: q̄ senū est frigidū/ siccū/ et morbidū. Sic mūdus mortū/ id est extremū

Tertia pars.

iam p̄pinquus frigidus est p̄ defectū caritatē. et siccus p̄ defectū deuotiōis. In his ei duobus p̄seruatiō vite sp̄ialis existit. Cū igit̄ iā caritatis videamus feruorē pene penitus extingui ac deuotiōis humidū exsiccari. q̄d aliud cogitare debem⁹ nisi si q̄ p̄pe est interitus huius mūdi. Quod enī āt̄iquas et senescit p̄pe interitū est. heb. xi. Si quis attēte p̄sideret in quolibet statu tā regulariū q̄ seculariū tā clericorū q̄ laicorū tā subditorū q̄ p̄latorū: q̄ in deuote deo seruif: q̄ tepide adoraſ. q̄ irreuerenter oraſ. q̄ arido corde laudaſ/ imo potius p̄tēnif dehorat̄ turpiter ac detestabilē blaphemaſ. manifeste videbit caritatē ad deū nō solū frigesceſe: sed iam ita notabilē frigiditate: ut pene videat̄ exticta. De caritate ad p̄xiz quō iā plene defecerit. clamāt nudi. clamāt famelici. clamāt inedia morientes. Relegata est mīa a filiis hoīm. clausa est ianua pietatis. p̄tracta est largitas nisi qui vanitati aut cupiditati deseruit. aruit fons cōpassionis et viscera sua clausit: et sic non restat aliud nisi q̄ cito fiat iudiciū sine mīa illis qui ob caritatis defectū mīam non fecerūt. ¶ §. iii. ¶ Tertiu signū erit iniquitatis inundatio. nā timore dei postposito et amore reiecto et honore p̄tēpto q̄d restat nisi malorū inundatio. iniquitatū multiplicatio. innumerabiliū indicibiliūq; supabundantia p̄ctōrū. Ideo videmus impletū illud osee. iiii. Nō est mīa. nō est veritas. nō est scīa dei in t̄ra. maledictū ⁊ mēdaciū inundauerūt: et sanguis sanguinē tetigit. Et clare videmus impletū q̄d p̄dixit ap̄ls. ii. ad thy. iiii. In nouissimis dieb⁹ instabunt t̄p̄a piculosa et erūt hoies seipsos amātes: amore sc̄z p̄uato. de quo dicit augu. Ciuitatē diaboli fecit amor sui vsq; ad p̄emptū dei. Ex isto enī amore oīa mala pueniunt. sicut ex caritate p̄stat pullulare virtutes. Vñ post illud erūt hoies seipsos amātes. sequit̄/ cupidi/ elati/ supbi/ blaphemi/ parētr̄bus nō obediētes. ingrati. s̄celesti. sine affectiōe. sine pace. criminatores. incōtinentes. imites sine benignitate. p̄ditores p̄terui. tumidi. voluptatū amatores magis q̄ dei. Tales etiā describit ap̄ls ro. i. dicēs eos esse repletos omī iniquitate. malicia/ fornicatione/ auaricia/ nequicia/ plenos inuidia/ homicidiis/ p̄tentione/ dolo/ malignitate/ susurrone/ detractores/

deo odibiles, et tumeliosos, supbos, elatos, et inuētores malo-
rum, insipientes, incōpositos, sine affectione, sine federe, absq̄
mia. O si quis lynceis oculis ꝑscientiæ parietes penetrare et
cordiū occulta luculēter posset inspicere: occurrerent crimi-
na q̄to secretiora: tanto forsitan grauiora. Sed ne publicemꝑ
occulta dedecoris aut parietē sordiamus ut appareat idoliꝝ
abhoiationis, quia nec testes sumus nec iudices occultorū:
sed aliū habebunt iudicē, nō regē uel ꝑncipē: sed cōsciētiarū
secretissimū inspectore. q̄a oia nuda sūt oculis eius q̄ sicut ni-
hil deseret inscrutatū: ita nihil ꝑteriet impunitū. Videamꝑ
q̄ palā corā sole gerunt q̄ nec ignorari p̄nt: nec aliq̄ tergiuer-
satione celari: nec exculatōnis pallio opiri. q̄a tā impudēter
agūt hodie ꝑctōres ut frontē meretricis excedere videantur
De q̄bus dictū est isa. iii. ꝑctm̄ suū q̄si de sodoma ꝑdicauerūt
imo et laudat ꝑctōr in desiderijs aīe sue: et iniquis b̄ndicif:
et publicatis pestiferis adinuētionibus vitiorū qui est in eis
astutior et effrenacior, ille ꝑbior, sapientior, et valētior iudi-
catur. Verecūdia quoq̄ importabilis innocentē uel minus ī-
piū esse inter hoīes sceleratos: simplicē inter vulpes. colum-
bam inter vultures. agniculū inter lupos. Inhonorat deꝑ ini-
quis opibus et linguis, nō solū ꝑeriorantiū: sed blphematiū
nomē eius scelerati sime lacerat: eius mādata ꝑtēnunt. ꝑ-
missiōes vilipēdunt. cōminatōes nō timent. supplicia nō hor-
rent. leges abolent. et ꝑ libitovolutatis nequiter exponunt
Et sicut ait ciprianus: cōsensere iura ꝑctis: et cepit licitū esse
quod publicū est: iura iniurijs militant: et iniurie ꝑ iuribus
inducuntur. abusiue consuetudines sanciunt. legē habentes
sine lege uiuunt: et legibus abutunt. Diues pauperē suppedi-
tat. et potens opprimit impotētem. vulpes cuniculū. lupo
agnū. vultur columbā. accipiter alaudē deuorat. impius iur-
stū. et simplicē versipellis. facti sunt hoīes sicut pisces maris
et sicut reptilia non habentia ꝑceptorē. in mari pyrate ꝑre-
dantur. in vijs insidiantur ꝑredones. latrones in nemoribus
fures in domibus. in vrbibus abundant sediciosi. in curijs re-
plentur omnia. veritas odio habetur. at etiā ꝑrocul abicitur

g. iiii.

Tertia pars.

iustitia. seuit rapacitas. cupiditas dñaf. Quid plura èq̄ lingua
põt exp̄mere: aut quis intellectus cogitare sufficeret. q̄ quot
qualia. q̄taq̄ flagicia cõmittunt. Quia eni nõ p̄ferẽ cito p̄tra
malos sũtia: filii hoim absq̄ vllõ timore p̄petrãt mala. Cum
igif multitudo sit in scelere: nec sp̄ari posset correctio qn po
tius quotidie crescit malicia. inolefcit temeritas. speraf̄ im
punitas. et in imensũ iniquitas cumulat. quid restat nisi do
lor et gemitus. Non eni senio crimina moriunt. nec vetusta
te t̄põz obruunt. quinimovelut ydravno capite refecato alia
validius et numeroso pullulantia renascunt. Sic addunt pec
cata peccatis. adinueniunt peccata. multiplicantur absq̄ nu
mero. et peccandi libidinosa rabies ardentius inflãmatur.
Quid igitur amplius expectare debemus: nisi q̄ in brevi sit
finis a iusto iudice tot et tantis flagiciis: tam horrendis ab
hominatõibus imponendus. Debemus enim diligẽter ad
uertere et memoriter retinere quod genesis. vi. legimus. Vi
dens deus q̄ multa malicia hominũ esset in terra: et cuncta
cogitatio cordis humani intenta esset ad malũ omi tempo
re penituit eũ q̄ hominẽ fecisset in terra. Et infra. Finis vni
uerse carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a fa
cie eorum: et ego disperdã eos cum terra. Ecce quod p̄pter
multiplicationẽ et redundantiam peccatorũ ad purgationẽ
mundi et exterminationẽ hominũ impiorũ imisit deus ca
thaclismũ aquarũ. Item gene. xviii. dixit dominus ad abra
ham. Clamor sodomorũ et gomorreorũ multiplicatus est.
et peccatũ eorum aggrauatũ est nimis. Et sequitur: q̄ pluit
dominus ignem et sulphur de celo: quinq̄ ciuitates omnino
subuertens cum omnibus hoibus: necnõ et infantibus et iu
mentis. Item quando multiplicata sunt peccata populi cana
an: et p̄cepit dominus filiis israhel. ut in ingressu suo in ter
ram promissionis prorsus exterminarent eos: nec quenq̄ vi
uere permetterent. Vnde quia aliquibus pepercerunt: incre
pari a dño meruerunt. sic dicitur iofue. ii. Item diu sustinuit
dñs peccata filiorũ israhel: sed postq̄ cõplete sunt iniquitates
eorũ eiecit eos a facie sua de terra sua: transferens eos in ex
teras nationes. p̄mo decẽ tribus sicut habemus. iiii. re. xvii.

postea duos tribus. iiii. reg. vltimo. sed illa abiectio seu tráf
 actio fuit t̄p̄alis. Vnde post annos. lxx. redierūt. sed postmo
 dum quia christū dñm crucifigendo imanissime peccauerūt
 terrā suā vsq; ad antichristi t̄p̄is irrecuperabiliter amiserūt.
 Sic etiā exterminata sunt regna caldeorū/medorū/et psarū:
 necnō et grecorū q̄ suis t̄p̄ibus potētissima fuerunt et maxia
 t̄n̄ ppter iniquitates eorū ad nihilū sunt redacta. Deniq; nup
 diebus istis etiā christiani nostri ppter peccata nepharia que
 magis tacenda censui q̄ pandenda iusto dei iudicio per ma
 nus infidelīū trucidati/captiuati/uel in fugā conuersi. de ter
 ra sancta p̄missionis quā dñs iesus sua benedicta natiuitate
 conuersatōe/et morte sacratissima cōsecrauit: turpissime sūt
 ejecti. quā flagiciofā eorū vitā nō potuit amplius sustinere.
 Hec oīa supradicta que sunt quedā particularia dei iudicia:
 sunt etiā futurorū signa p̄nostica: et futuri iudicii generalis
 exēpla. qm̄ sicut deus illoꝝ iniquitates vsq; ad p̄finitū t̄p̄s p
 patientiā expectauit. et postmodū iudiciū suū exercēs infle
 xibiliter ire sue furorē super eos effudit. Sic de generali iudi
 cio firmiter est tenendū: q̄ qn̄ sit precise futurū: omni viuētī
 sit incertū/ nisi cui fuerit a dño reuelatū. ¶ **§. iiii.** ¶ **Quartū**
 signū futuri iudicii erit ī diuersis mūdi partibus facta p̄mo
 tio. Ante p̄sumationē enī mūdi necesse est magnas et mira
 biles cōmōtiones fieri in oībus creaturis. Sicut nāq; deus p̄
 mū suū aduentū in mundū q̄ debebat esse gratiosus et ama
 bilis p̄ suos. pphās p̄nunciari voluit: multisq; figuris et enig
 matibus p̄signari: ne si subito veniret hoies nō agnoscerent:
 quin potius ut ipsū agnoscerēt cū oī deuotione suscipere
 ac anteq̄ veniret ad eius susceptionē deuotā cū oī se diligen
 tia p̄pararent. Sic scdm̄ eius aduentū terribilē et horrendū p̄
 omēs pphās suos voluit p̄clamari: multisq; signis p̄cedētibus
 p̄pinquū esse iudiciū faceret demōstrari: ut saluādi qui boni
 sūt ad meliora et āphora puocent̄: et q̄ in pctis sūt citius ad
 p̄niam p̄uertant. Reprobi vero inexcusabiles merito iudicē
 tur. Vñ bt̄us greg. ait. Saluator n̄r nos paratos inuenire de
 siderans senescentē mundū q̄ mala sequant̄ denūciat: ut nos
 ab eius amore com̄pescat: appropinquāte eius termino q̄te

psecutiones pueniunt innotescit: ut si deū in tranquillitate metuere nolumus: vicinū eius iudiciū vel psecutionibus at triti timeamus. Itē qñ paterfamilias cōtra aliquē ppt inurias velptumelias sibi factas vehementer est iratus: oēs eius domestici et amici ad dñi sui vindicādas iniurias vnanimiter animant. Sic oīs creatura factori suo deseruiens ex cādesit in tormentis ptra impios: advindicandū iniurias creatoris. Itē cū exigēte iustitia in quibus quis peccat p hec et torque tur. Nos autē cunctis creaturis abutentes delinquimus: iustū est ut in cunctis et a cunctis a iusto iudice torqueamur. ut impleat qđ dicit sapi. v. Pugnabit p eo orbis terrarū ptra insensatos. sicut ait grego. Oia q̄ ad usum vite accipimus ad usū puertimus culpe. sed oīa que advsū nostre prauitatis cōuertimus: advsū nobis vertent ultionis. Tranquillitatē pacis humane puertimus in vanā securitatē. et ideo iuste sicut ait saluator math. xxiiii. surget gens ptra gentē. et regnū aduersus regnū. Peregrinatione z vie p habitatione dileximus patrie: ideo erūt terre motus. Salutē corporū in usum redigimus vitiorū: ideo erunt pestilentie. vbertatis abūdantiā nō ad necessitatē carnis assūpsimus sed ad pueritatem intorsimus voluptatis: ideo erit fames. serenitatē aeris puertimus advsū terrene delectationis: ideo erūt fulgura / tempestates et tonitrua. Iure igit̄ restat ut simul oīa nos feriant q̄ simul oīa vitis nostris male subiecta feruebāt. ut quot in mūdo incolumes habuim⁹ gaudia: tot de ipō postmodū cogamur sentire tormēta. ¶ §. v. ¶ Attendendū ē autē q̄ in oib⁹ creaturis: et in singulis mūdi ptibus erūt cōmotōes mirabiles ad cogitandū. terribiles ad vidēdū: sed pene intollerabiles ad sustinendū. Erūt etiā hmōi cōmotiōes in demonib⁹ / hoibus / in elementis oibus / in corpibus celestibus / necnō i btis spiritib⁹. Primo qđē in demonibus. qa sicut dictū ē soluet satanas. i. ptās eius relaxabit. Pmittent̄ eni demones fortius solito tentare hoies. vehementius ipugnare. acrius pseq: ex tota sua malicia āplius in eos defeuire. Vñ ipi crudelitate cōmoti: mltas horribiles cōmotōes in hoies excitabūt: ac totū mūdū ptra eos mirabilit̄ cōmouebūt. ¶ §. vi. ¶ Item

erit cōmotio in hoibus. Nā sicut p̄dixit dñs. Erunt plia et se
 diciōes. plia ad hostes ptinēt. sediciōes ad ciues: ut ergo nos
 iudicet int̄ius ext̄iusq; turbari: aliud nos fatef̄ ab hostibus:
 aliud a fribus p̄peti. Surget ei gens p̄tra gentē: et regnū ad
 uersus regnū. Tollef̄ ubiq; pax de terra. ubiq; plia mouebū
 tur. insurgent maiores p̄tra seiuicē et p̄tra minores alios.
 minores s̄ist̄ in maiores ac etiā in seip̄sos. regnū p̄tra regnū
 diuidef̄ et in seip̄so diuisionū scismatibus discindef̄. Ciuitas
 ciuitatē ipugnabit. castrū vnū in aliud insurget. domus p̄tra
 domū. familia p̄tra familiā. p̄sona p̄tra p̄sonā armabit. Tu
 multuabit̄ puer p̄tra senē. et ignobilis contra nobilē. p̄nceps
 p̄tra subditos. et ecōuerso. laici p̄tra clericos et ecōuerso. reli
 giosi p̄tra seculares et ecōuerso. religiosi p̄tra alios religiosos
 ac ipsi diuidenf̄ multiformit̄ inter seip̄sos. clerici p̄tra p̄latos
 et ecōuerso cōsurgēt: nō erit collegiū nec monasteriū ubi nō
 multuosa cōmotio et sediciosa turbatio p̄citef̄. Tūc iplebif̄
 illud hie. ix. Vnusq; s̄q; a p̄xio suo se custodiat: et in oī fratre
 suo nō habeat fiducia. q̄a oīs frat̄ supplātans supplātabit et
 oīs amicus fraudulēter incedet. et vir frēm deridebit: et veri
 tatē nō loquet̄. Sequit̄. sagitta vulnerās lingua eorū: dolo lo
 cuta est. In ore pacē cū amico suo loquit̄. et occulte ponit ei
 insidias. Et michē. vii. Nolite credere amico: et nolite cōfi
 dere in duce. ab ea q̄ dormit in sinu tuo custodi claustra oris
 tui. quia filius p̄tumeliā facit patri: et filia p̄surgit aduersus
 matrē suā. nurus contra socrū suū. et inimici hoīs domestici
 eius. Et quod longe grauius est tradet frater fratrē in mor
 tem. et pater filiū. et insurgent filii in parentes: et morte af
 ficient eos: ait saluator math. xxiii. Sicut aut̄ in corpore na
 turali cū mēbra singula dissoluunt̄: et cathena aurea id ē ar
 monia totius corporis qua videlicet elemēta inter se et anīa
 simul cū corpore tenebant̄: mirabili nexu cōcordie federata
 dissidētibus elemētis in corpore q̄si quadā intrinseca pugna
 vno eorum prednāte super aliadissipatur: necesse est ho
 minem cito mori. Sic in corpore vniuersi reipublice certissi
 mum signum destructionis eius finalis est tam horrenda di
 uisio qualis superius est descripta. Dicit enim sic saluator.

Tertia pars.

math. xii. Omne regnū contra se diuisū defolabitur. et oīs ciuitas et domus contra se diuisa non stabit. Itē sicut in edificio materiali quando parietes ab inuicem separant: ac singuli quoq; pietes interrupti fixuras multas habentes intrinsecus et extrinsecus dissoluuntur: exterminium illius edificii sine spe reparationis indicant et minant. Sic in proposito intelligendū est q̄ tanta cōmotio in corpore rei publice finalis eius exterminii est euidentissimū argumentū. ¶ Para. vii. ¶ Item erunt cōmotōnes in elementis omnibus. Nam in terra erit fame valida, non in vna regione tantū vel puincia: sed vbiq; terrarū sterilitas et defectus necessariorū ad vitum. In visceribus quoq; terre tanta fiet cōmotio: q̄ erunt terre motus terribiles: crebriores et incomparabiliter vehementiores solito. i. crebrius et in pluribus mundi partibus accidentes: tā violenti vel fortes vt ciuitates turres et castra destruent: ac montes a fundamentis penitus euertāt. Tūc implebit illud isa. xxiiii. Confractioe confringet terra. contritione conteret terra. cōmotioe cōmouebit terra. agitatione agitabitur terra. Et quod dominus ipse predixit. Erunt fames et erunt terremotus: magis p̄ loca in aquis. similiter ī mari et fluminibus erunt cōmotioes, videlicet inundationes insolite. sonitus inauditi. p̄cellōse fluctuūz cōmotioes. eleuationes ac depressiones vndarū: ac tempestates tā auditu terribiles q̄ aspectu. In aere quoq; multe cōmotōes ⁊ multiplices erūt, vicz epydimie et infectioēs maxie ex quibus oriuntur pestilentie, id est corruptiones, morbos et mortes innumerabiles: tam in hominibus q̄ in iumentis et bestiis generantes. Erūt etiā tonitrua, choruscationes, fulgura, tempestates, grandines, estus intollerabiles, uentorum p̄curfus, et turbines. Hec autē oīa tanta et tam crebra erunt qualia antenūq; fuerunt: ita vt homines super terram arefiant: et velut amentes pre timore et confusione fiant. Vnde sapientie. v dicitur. Ibunt directe immisiones fulgurum et tanq̄ habene curuato archii nubium exterminabuntur: et ad certum etiam locum proficient: et a petrosa ira plene omnino mittentur grandines: et excandescet in illos aqua maris: nec non

Tertia pars.

et flumina p̄current duriter ⁊c̄. In ignevero erunt cōmotōes
 ex p̄flagratione igniū mūdanoꝝ. de q̄ dicit infra. ideo sup-
 sedeamus ad p̄ns ¶ §. viii. ¶ In corporibus quoq; celestibus
 erunt cōmotiones sicut ait saluator luce. xxi. Erunt signa in
 sole luna et stellis. Et exp̄stius math. xxiiii. Sol obscurabit ⁊
 luna nō dabit lumē suū. et stelle cadent de celo. Sc̄m ābro.
 Sol et luna ad tps p̄nt intelligi priuari lumine suo. et pacto
 die iudicii maius lumē recipiēt. Et criso. ait. paterfamilias
 moriēte dom⁹ tota turbat: familia plāgit et nigris vestimēt
 se induunt. sic hūano genere p̄pter qd̄ facta sunt oīa circa fir-
 nem p̄stituto: celi mysteria lugere dicunt: et candore depōsi-
 to tenebris induunt. Vñ actu. ii. Sol p̄uertet in tenebras et
 luna in sanguinē anteq̄ veniat dies dñi magnus et manife-
 stus. et sumptū est de iohēle. quasi a facie dñi cōtremuit ter-
 ra: moti sunt celi. sol et luna obtenebrati sunt. et stelle traxe-
 runt splēdorē suum. Pro tanto de stellis dicit dñs. Stelle ca-
 dent de celo. quia videlicet non lucebunt nec videbuntur ac
 si cecidissent de celo. Aliter hec verba possunt intelligi secū-
 dum ambro. hiero. et bedā. Sol et luna obscurati dicuntur/
 non diminutione sui luminis: sed superueniēte claritate ma-
 xima veri solis: obscurari et nullius esse luminis videbunt.
 isa. xxiiii. Erubescet luna et confundetur sol cum regnauerit
 dominus exercituū: et stelle cadent de celo. non quia stelle q̄
 sunt lumina quedā celi credenda sint cadere uel corrumpi:
 sed in superiori parte aeris fient inflāmationes vehementes
 et multe que sic discurrunt per aera: ut quasi stelle de celo ca-
 dere videantur. Vel sc̄m ambrosiū. Stelle cadent: id est qui
 fulgere videbantur in ecclesia et esse firmissimi: turbabūtur
 a sanctitate vite: et ueritate fidei preturbatione cadentes.
 ¶ Paragraphus nonus. ¶ Tandem etiam erunt cōmotio-
 nes in beatis spiritibus. sicut ait dominus. virtutes celi mo-
 uebuntur: id est angeli. et dicuntur virtutes celorum: quia in
 celis est eorum habitatio. Aut sc̄m philosophos: quia sunt
 motores orbium celestium. Moueri autem dicuntur motu
 reuerentie. Ex consideratione enim maiestatis iudicis veniē-
 tis: resiliunt in p̄p̄riam paruitatem: et videntes eum iratum

Pars tertia.

pra impios quasi tremere videbunt. Sicut patrefamilias vehementer irato: oēs eius amici motū quendam et signa cuiusdam transformationis ostendunt. Aut dicunt moueri ad litteram. quia explebunt mysterium summationis mundi et resurrectionis generalis. Sicut dicitur math. xiii. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno omnia scandala. Et infra. Exibunt angeli et sepabunt malos de medio iustorum. Et rursus. xxiiii. mittet angelos suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos eius. Vnde christofost. Exurgente rege celesti iudicare viuos et mortuos: virtutes angelice mouebunt: terribiles ministri terribilem dominum precedentes. ¶ **§. x.** Hierony. autem dicit se inuenisse scripta in annualibus iudeorum. xv. signa iudicium processura. Prima die eriget se mare super altitudines montium. xl. cubitis. stans in loco suo quasi murus. Secundo tantum descendet quod vix videri possit. Tertio marine bellue apparentes super mare dabunt rugitus usque ad celum. Quarto ardebit mare et omnes aque. Quinto herbe et arbores dabunt rorem sanguineum. Sexto ruent edificia. Septimo petre ad iuuicem collidentur. Octauo fiet generalis terre motus. Nono equabis terra. Decimo exibunt homines de cauernis et ibunt velut amentes: nec poterunt mutuo sibi loqui. Vndecimo surgent ossa mortuorum: et stabunt super sepulchra sua. Duodecimo cadent stelle. Tertiodecimo morientur viuentes et cum mortuis resurgent. Quartodecimo ardebit celum et terra. Quidecimo fiet celus nouus et terra noua et resurgent omnes. Vtque autem pertinet aut in epolite futura sint ista hierony. non expressit. Hec dicta de duobus antecedentibus iudicium / vicem de antichristi persecutio et de mundi summatione sufficiant. ¶ **§. xi.** Consequentem dicendum est de duobus concomitantibus aduentum iudicis. et primo de mundi purgatione. scilicet de generali corporum resurrectione. Quantum ad primum sciendum est quod ventus iudicis procedet ignis: quod faciem hominis mundi comburet: probibitque celum et terra. sicut ait dominus mathe. xxiiii. Celum et terra transibunt non secundum substantiam: sed secundum spiritum quem mutabit in meliorem. Celum dico aereum non ethereum. Tantum autem ascendet ignis pambulus iudicis: quantum ascenderunt aquae diluuii. scilicet. xxv cubitis super cacumina montium ut hanc mundi partem

Tertia pars.

et nō alius. Cū enī ad hoc fiet resurrectio mortuorū ut vnus-
quisq; scdm opera sua recipiat penā uel p̄miū: oportet q̄ ip̄e
idē qui demeruit puniat: ⁊ qui bene egit p̄miū p̄sequat. Pro
pter qd̄ ait saluator Io. vi. Venit hora in qua oēs qui in mo-
numentis sunt audient vocē filii dei: et p̄cedent qui bona fe-
cerunt in resurrectionē vite: qui vero mala egerunt in resur-
rectionē iudicii. Ex hoc etiā sequit̄ q̄ resurgentīū corpa erūt
eiusdē nature/ alioquin nō essent eadē numero q̄ fuerūt p̄us
Vnde dñs ait luce. xxiiii. Videte manus meas et pedes me-
os: quia ego ipse sū. Et postea palpate et videte: quia spiritus
carnē et ossa nō habet sicut me videtis habere. Terrena mar-
teries (sicut ait aug) in quēcunq; puluerē cinerēq; resoluat: in
quosq; alitus aurasq; diffugiat: in quancq; corporū substantiā
uel in ipsa elemētavertat in quorūq; aialiū uel etiā hominū
cibū carnēq; mutet. illi aīe in p̄ucto t̄p̄is illā reddet qui illaz
p̄mitus ut hō viueret aīauit. Resurget autē nō fantastice: sed
vere. quicquid est de veritate nature hūane et ī vno resurget
vnūq̄q; in quod habet optimū sui esse. Vnde costa ade de-
tracta de qua mulier formata fuit nō in adā resurget: sed in
euā. quia formata muliere p̄fectior fuit hō quantū ad cōser-
uationē speciei q̄ ante. Eadē ratiōe manus hoīs comesta ab
alio hoīe resurget in p̄mo. quia vero corpus humanū p̄fectis-
simū est oīm corporū inferiorū. Ideo caro bouis uel alterius
aialis comesta ab homīe et in carnē eius p̄uersa: resurget in
comedente/ nō in sua specie quā p̄us habuerat: sed in sp̄e car-
nis humane. ¶ §. iii. ¶ Tūc sm̄ aplm̄ oīs electi de cunctis
orbis partibus occurrent christo: in virū p̄fectū. i. in virilē p̄-
fectionē. quasi scz in statu triginta annorū uel circiter. quasi
in etate christi/ in qua scz christus habuit plenitudinē corpo-
ris sensus et roboris. resurget etiā vnusquisq; in mensura eta-
tis plenitudinis christi. quia vnusquisq; sui corporis mēsurā
recipiet quā in etate triginta annorū habuit/ etiā si senex obi-
it. uel quā in illa etate habiturus esset si vsq; ad eā puenisset
Sic autē modificabit̄ illa natura corporis ut nihil ex ea peat:
nihilq; supfluat: sed si quid alicui defuit deus ipse supplebit:
ut oīs resurgant in integritate mēbroꝝ. et si qd̄ enormiter

Tertia pars.

abundavit in aliqua sui parte diuident p totū corpus ut nihil indecēs sit in eis. Dānatorū aut corpora reparabunt̄ integra absq̄ oi diminutione mēbroꝝ: et absq̄ defectu et corruptōne quā error nature uel infirmitas introduxit. Vñ ait ap̄ls. i. ad cor̄. xv. Mortui rufurgent incorrupti. Quod quidē tā de malis debet intelligi q̄ de bonis. Vñ quantū ad integritatē nature nō erit differentia in corporibus bonorū uel malorū licet in aliis bene sit magna differentia. sicut iā ostēdemus.

¶.iiii. Hoc etiā sciendū q̄ om̄s rufurgent imortales. christus enī mortē nostrā sua morte destruxit: et omēs defectus qui in naturā hūanā ex peccato puenērāt. Necessitas aut̄ moriendi est defectus in nobis pueniēs ex pctō. vñ sic om̄s a morte rufurgent ut nō vltērius moriant̄. Sicut ergo christus rufurgēs ex mortuis iā nō moriē. ro. vi. sic rufurgēt om̄s nō iterū morituri. Vñ apo. xx. mors vltra non erit. Et isa. xxv. Precipitabit dñs mortē in sempiternū. Ex p̄missis p̄ q̄ post rufurrectionē nō erit vsus ciborū nec venereorū. q̄ vsus ciborū corruptibili vite deseruit. Cibos enī assumimus uel p̄pter nutrimentū ut vitēmus corruptionē q̄ posset accidere ex p̄sumptione hūidi naturalis. uel p̄pter augmentum. Om̄s aut̄ in debita q̄titate rufurgent. Itē nec vsus venereorū. quia cōmixtiō maris et femine ordinat̄ ad generationē per quā spēs hoīs p̄seruat et p̄petuet̄ in esse q̄ in indiuiduo p̄seruari nō pōt. Rufurgentiū aut̄ vita imortalis erit ut dictū ē: ita q̄ in quolibet indiuiduo p̄seruabit̄ ineternum. Ideo dicit dñs math. xxii. In rufurrectione neq̄ nubēt neq̄ nubent̄. sed sunt sicut angeli dei. In corporibus tñ rufurgentiū erūt mēbra singula q̄ nūc in statu vite corruptibilis nutritiue uel generatiue virtuti deseruiūt; nō p̄pter actū nutriēdi uel generādi: s̄ ad p̄fectionē et decorē nature. Sicut distinctio sexū erit ibi nō ad mixtionē: sed ad oñdendū p̄fectionē et in teq̄ritatem nature. vtriq̄ aut̄ sexus ad integritatē nature nosciē p̄tinere.

¶.v. Quāuis aut̄ oīs defectus in rufurrectiōe ab om̄ibus cōiter tā bonis q̄ malis auferat̄. remanebit tñ differētia inter bonos et malos quantū ad ea que p̄sonaliter pueniunt vtriq̄. Est aut̄ de ratione hūane nature q̄ aīa sit forma cor̄

h. i.

causa ut vniuersi
corpora in ipse
in p̄cipio. Pro
oīs qui mo
ant quibus fe
gerunt in vlti
mū corporit
o q̄ fuerūt in
es et pedes ne
quā sp̄ritus
Terrena ma
re soluat̄: ut
s̄ libitantiā
etiā bonorū
oblat̄ qui illis
stantialiter
i vno rufurgēt
e colla abe dr
rufurgēt: sed in
trū ad celestē
s comēta ad
manū p̄fectū
us uel alteris
sa. rufurgēt n
sed in spē ex
ti de cunctis
li. in vtrāq̄ p
recter. quāsi
tudine corpo
membra eta
ppos mēbra
tia h̄ h̄ h̄ h̄ h̄
ad ea p̄ueni
tū ex
p̄te h̄ h̄ h̄
q̄ dicitur

Tertia pars.

poris ipsū viuificās inesse pseruās. sed ex psonalibus actib⁹ meref aīa uel ad diuine uisiois glām eleuari: uel ab ea p cul pā excludi. Disponenť igit oim corpa fm pdecētiā aīe uť scz ipsa incorruptibilis existēs corpi suo tribuat esse incorruptibile: cōpositiōe eius ex p̄rariis nō obstāte: eo q̄ materia cor poris hūani q̄tū ad hoc oīno subiectef aīe: diuina uirtute hoc faciente ut cū corpe suo eternā glām uel penā: sicut meruit sortiat. Sed ex actibus suis psonalibus meref vnusq̄s uť cor pus suū pportioneť aīe in pditiōibus glie uel miserie. Vnde corpora beatorū erunt clara / agilia / impassibilia / et subtilia. Corpora uero reprobōrū erūt tenebrosa / ponderosa / passibi bilia / turpissima / et fetida. sed de his infra dicemus.

Incipit de iudicio et de hoc sūt fmōes. v. p̄mus
de q̄busdā circūstantiis ipsius iudicii p̄tinēs §. v.

Dicto de p̄cedētib⁹ iudiciū / uidelz de tribulatione q̄ erit t̄p̄e at̄christi / et de p̄sumatiōe mūdi: et de duobus cōcomitātibus iudiciū / uidelz de igniū p̄flagratiōe / et generali re surrectiōe. nūc dicendū est de finali iudicio et meritoꝝ retri butiōe. **§. i.** Cū enī in uita p̄nti nō fiat singlis retributio p̄digna scōm merita sua uel demerita. qm̄ mali multa faciūt de q̄bus minime uel nō p̄digne puniunt. boni s̄lt̄ multa bo na de q̄bus nō remunerant. rōnabile est credi q̄ in fine mū di fiat iudiciū generale in quo et iustis fiat cōdigna retribu tio p̄ merita: et ipiis digna punitio p̄ p̄ctis. licet aut vnusq̄s iudiciū suū p̄ticulare uel p̄sonale recipiat in morte q̄tum ad aīam: penā scz uel glām: tñ nec aīe reprobōrū totā penā sibi debitā rēcipiūt: nec electi totā suā. i. p̄fectā glām sortiunt. Quia aīe sepate nō hnt p̄fectū nature sue modū (fm aug) p̄ pter inclinatiōe naturalē quā hnt ad corpa sua. Nā et cor pora naturalē inclinatiōe hnt ad aīas et eis appetūt reumi ri. et aīe appetitu naturali inclinant ad corpa sua intantū q̄ sicut ait aug. aīe btōrū aliquomō retardant ne ex toto ferāt in p̄tēplatiōe diuine maiestāt: ideo tā bonōrū q̄ malōrū aīe sua corpa resumēt: ut dictū est: ut cū corpibus suis q̄bus me ruerūt uel demeruerūt p̄dignā penā uel p̄miū sortiant. Hec aut p̄digna retributio fiet in extremo iudicio. Ideo d̄r Iob.

xix. Scitote esse iudiciū. licet autē tota trinitas iudicet. q̄a in diuina sūt opa trinitatis: tñ p̄r om̄e iudiciū dedit filio sic d̄r Io. v. Ipse ei cōstitutus est a deo iudex uiuorū et mortuorū. act̄ iiii.

¶ §. ii. ¶ Veniēs autē ad iudiciū apparebit oibus tā bonis q̄ malis. Vñ apo. i. videbit eū oīs ocs et q̄ eū pupugerūt. Sed formā diuinitatis soli boni videbūt et videre poterunt: mali vero nō poterūt nec digni erūt. Vñ isa. xxvi. Tolle i-
pius nevideat gl̄iam dñi. Formā vero hūanitatis gl̄iose oēs videbūt. boni ad gl̄iam et gaudiū. mali vero ad supplicium et dolorē. Nā blandus, iocūndus, et delectabilis iustis: durus, se-
uerus, et terribilis reprobis apparebit. singulis sc̄z sc̄dm exigentiā meritorū. In ipsa igit̄ forma q̄ iniuste iudicatus ē: iu-
ste iudicabit. sc̄dm illud iob. xxxvi. Causa tua q̄si impij iudi-
cata est: iudiciū causāq̄ recipies: sed iudicatus est in hūilitate et in infirmitate. iudicabit autē in potestate magna et maie-
state. sicut d̄r luce. xxi. et math. xxii.

¶ §. iii. ¶ Attendendū est autē q̄ in ipsa hora descēsus xp̄i ad iudiciū fiet illavox ar-
chanḡi. i. p̄ncipis āgelorū sc̄z ipsius xp̄i: et illa tuba terribi-
lis resonabit cum virtute fiet resurrectio mortuorū: et cuius
clangore om̄s ad iudiciū vocabun̄t. Tūc igit̄ electis occurrē-
tibus iudici in aera subleuatis oī gaudio ineffabili: et repro-
bis in terra remanentibus. in valle iosaphat sedebit christus
in aere nube sibi ministeriū exhibente: sicut in eius ascensio-
ne legimus esse factum. actu. i. sic veniet quē admodū vidistis
eum euntē in celum. Descendens autem adducet secum cele-
stis regni collegiū: stipatus agminibus beatorū: tam sancto-
rum q̄ etiam angelorū. Vnde iude. ii. Ecce veniet dominus
in sanctis milibus suis facere iudicium contra om̄s impios.

¶ Paragraphus quartus. ¶ Hoc etiā sciendū est q̄ vbi chri-
stus iudicatus est, passus et mortuus, resurrexit et ad celos
ascendit: ibi iudicium suū exercebit. Dicit autem se iudica-
turum in valle iosaphat. non quia precise ibi iudicet: cum val-
lis illa modica sit: nec possit tam innumerabilem continere
multitudinem: sed quia iosaphat interpretatur iudicium. et
iudicandi qui in infimis vixerunt: in infimis remanebunt.
Ideo tot⁹ ille locus i quo fiet p̄gregatō: vallis iosaphat dic̄t̄
magis q̄ hier̄m vbi iudicatus est: uel mons caluarie vel vbi
h. ii.

Tertia pars.

crucifixus est mortuus, et sepultus. uel mons oliueti vñ legiſcendū quozq; q̄ nō ſolus xp̄s iudicabit: ſed etiā om̄s p̄fecti/ap̄li. ſ. et ap̄li viri. ſicut ipſe p̄miſit mathe. xix. In regeneratiōe cū ſederit filius hois in ſede maiestatis ſue: ſedebitis et vos ſup ſedes. xii. iudicantes. xii. tribus iſrahel. Et licet iſtud ſolis ap̄liſ videat eſſe p̄miſſū. tñ intelligendū eſt de oib; p̄fectis/aliq; paulus ibi non ſederet. Dicit aut̄ ipſe. i. ad cor̄. vi. Nescitis q̄a ſcti de hoc mundo iudicabūt. Et ſap̄. v. Iudicabūt ſcti natiōes. Vñ q̄a duodenarius eſt numerus abundās intelligiſ p̄. xii. ſedes p̄fectio tribunalis. i. vniuerſitas p̄factorū iudicantiū. p̄. xii. trib; vñ uerſitas iudicandorū. Ceterū ſm̄ grego. q̄ttuor erūt ordines in iudicio. duo ſc̄z electorū. et duo reprobōrū. Electorū nāq; quidā iudicabūt et regnabūt/nō aut̄ iudicabunt. ut p̄fecti Quidā iudicabunt et regnabūt. ut mediocriū boni. Reprobōrū aut̄ quidā iudicabunt et p̄ibūt. ut mali catholici. Quidā nō iudicabunt et p̄ibūt: ut increduli quoz dānatio adeo nota erit q̄ nō fiet diſcuſſio ſue diſceptatio de p̄ctis eorum. Erit aut̄ ibi iudiciū q̄druplex. videlz p̄me auctoritatē. et hoc erit totius trinitatis. Principalis myſterii q̄d erit xp̄i ſolius. Aſſeſſionis q̄d erit p̄factorū. Et cōparatiōis q̄d erit min⁹ malorū/ quo videlz minus mali cōparatiōe ſui ſcleratiores iudicabūt. i. iudicādos oñdent. ſm̄ illud math. xi. Viri niniuite ſurgēt in iudicio p̄tra generationē iſtā et p̄dēnabūt eam.

Sermo. ii. de iudicādorū p̄emptoria citatiōe: p̄tinēs §. v.

His quali quibufdā accidentalibus ipſius iudicii p̄habetis. nunc iam ad ipſius formā proceſſū et ordinē mentis oculos conuertamus/et q̄ tremendū et horrendū ſit ſubtiliter intuenti et cogitanti: profundius videamus. Considerāda enim ſunt quattuor que ipſum terribile nimis efficiunt/ quorum etiam ſingula rationē terroris includunt. Primū ē p̄emptoria citatio. ſc̄m eſt cauſe diſcuſſio. tertiu⁹ eſt ſentētie prolatio. quartū eſt prolata executio. ¶ Paragra. p̄mus ¶ Primū eſt igitur p̄emptoria citatio/ qua videlicet in illa voce terrificata et tuba mirabili perſtrepente qua celum et terra cōmouebūtur: et omnis creatura concutietur. om̄s hoies

ad iudiciū vocabuntur: et ad tribunal eterni iudicis citabuntur. Ait enī apłs. i. ad cor. v. Om̄s generaliter sine exceptione. nos psonaliter sine excusatiōe. oportet sine euitatioue. manifestare sine absconsiōe uel tergiuersatione. añ tribunal christi sine retardatiōe. ut recipiamus vnusquisq; ppria corpis p̄ ut gessit sine psone dilatiōe/ siue bonū siue malū p̄ iusta retributione. Oportet igit ut accedas psonaliter/ nō poteris p̄ te pcuratorē mittere. nemo p̄ te poterit r̄ndere. nulli licebit tibi p̄sulere. nullus p̄ te audebit intercedere: nec aliquis poterit te iuuare. Vñ dicit sopho. i. Vox dei dñi amara. tribulatur ibi fortis: dies illa dies ire. dies tribulationis et angustie. dies calamitatis et miserie. dies tenebrarū et caliginis. dies tube et clangoris. De hac citatiōe dicit amos. vii. Vocauit dñs iudiciū ad ignē. Et sopho. iiii. Iudiciū meū ut congregē regna et effundā sup eos indignationē meā omnē irā furoris mei. Admirans iob q̄ deus hominē creaturā scilicet tam fragilē et instabilē vocet ad iudiciū. dicit iob. xiiii. Homo natus est quasi flos egrediens contereptus et fugit velut umbra et nunq̄ in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiusmodi aperire oculos et adducere eum tecum in iudiciū. Hanc autē citatiōē longo tempore ante pmulgauit deus: ut nullus sit excusatus qui tūc nō fuerit preparatus. Vñ dicit actu. xvii. Deus annūciat hoibus ut om̄s vbiq; penitentiam agant: eo q̄ statuit diem in qua iudicaturus est orbem ut aut nō negligent nec differant hoies ad illud iudiciū se p̄parare: sed omni hora sibi p̄uideant: voluit illā diem ⁊ horā omni creature esse incertā. Ait enī math. xxiiii. De die aut illa et hora nemo scit. neq; angeli celorū: sed solus pater. Sicut autem fuit in diebus noe ante diluuiū erant homines comedentes et bibentes/ nubentes et nuptui tradentes vsq; ad eum diem in quo venit diluuiū/ et non cognouerunt homines et tulit omnes: ita erit aduentus filii hominis. Ideo premonens ait. Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam. math. xxv. Et rursus luce. xxii. Attendite ne grauentur cor davestra crapula et ebrietate et curis huius vite: ⁊ supueniat

t. iiii.

rat. Rñdit. dñe mi rex q̄a terribilē tubā audiēs ideoq̄ mort̄
iudiciū iminere mihi metuens pre nimio timore deficio atq̄
maiestatis tue p̄spectū sustinere nō valeo. Cui rex clementer
ait: carissime frater si tu nullius offense in me cōsciū: audi
ta tñ tuba cōcrepāte terribiliter expauiisti et a facie germani
fratris tui hoīs mort̄lis horruisti. quō nō magis timeā mul
torū sceles; teste conscientia mea reus et aliquorū fortassis
quorū nō sū p̄sciū: ante tribunal eterni iudicis de necessita
teuenturus et ab eo cuius sapiētia indeceptibilis. cuius iusti
titia inflexibilis. cuius potētia insupabilis. cuius deniq̄ sen
tentia irreuocabilis: p̄ oī errato rationē districtissime reddi
turus. His auditis om̄s circūstantes se p̄fusus esse viderunt:
regisq̄ sapiētiam admirātes sibi satisfactū esse rōnabiliter co
gnouerūt. O q̄ tremenda erit dies illa qñ nec penitentie tem
pus erit. nec defensionis locus. nec resistentie virtus. nec fugi
endi facultas. nec latendi possibilitas. nec securitas cōparen
di. vbiq̄ fragor. vbiq̄ clamor. vbiq̄ terror et horror. vbiq̄ ti
mor et tremor. ¶ Parāg. iiii. ¶ Amarior nihilominus erit
dies illa p̄pter recordationē peccatorū oīm. nam subito susci
tatis et ad iudiciū sic citatis: occurret repente et ante mētis
oculos reuoluet oīm suorū congeries peccatorū: omni tormē
to amarior: indeq̄ remorsus conscientie omni serpente mor
daciō. inde iehenne timor incōsolābilis. inde dolor irreme
diabilis. inde desperationis horror inestimabilis. inde cōfu
sionis pudor intolerabilis. Tunc enī virtute diuina fiet ut
vnicuiq̄ omnia opera sua mala uel bona ad memoriā reuo
centur ac mentis intuitu mira claritate cernant̄: ut hominē
uel accuset conscientia/uel excuset ea; teste/uel dānes eter
naliter: uel saluetur. ¶ Para. iiii. ¶ Amarissima aut̄ erit di
es illa p̄pter necessitatē comparendi corā tanto iudice: qm̄ si
cut ait criso. Sitis est mille fulmina sustinere q̄ vultum eius
mansuetudinis plenū nos tamen aduersantem vidcre: illius
q̄ totius tranquillitatis oculos nequaq̄ sustinentes nos aspi
cere. Dicit etiam hieronymus: q̄ sol et luna lumen suum re
trahent. quia seueritatem iudicis aspicere non valebunt.
non q̄ clementiora sint dei iudicio: sed q̄ omnis creatura
h. iiii.

Tertia pars.

in tormētis aliorū de suo iudicio p̄timeſcat. virtutes quoq̄
celorū. i. angeli tunc mouere dicunt. nō quidē motu dānati
onis uel aliqua p̄turbatiōe pauoris: ſed admirationis ex his
que viderint et reuerētie iudicis quē iratū aspiciēt. Vt autē
ait beda. Quid faciet virgula deſerti? vbi p̄cutiet cedrus para
diſi? Tunc deſiderabūt impii montibus obrui et a facie iudi
cis operiri. Sicut dicit apo. vi. Aut certe illa hora iudicii in
inferno recondi. Sicut dicit iob in perſona cuiuſlibet impii.
Quis mihi hoc tribuat ut in inferno p̄tegas me et abſcōdas
me: donec p̄tranſeat furor tuus. ¶ **¶** Quia vero furorē
dixit in deo de quo ſcriptū eſt ſap. xi. Tu autē dñe cū trāquil
litate iudicas. Sciendū eſt ſm greg. q̄ diſtictū iudicium in
concuſſus exierit: qui ſp̄ manſuetus exiſtens, et ſp̄ incōmu
tabilis p̄manens: malos punit. Vnde in extremo iudicio in
ſemetipſo incōmutabilis manēs. nullaviciſſitudine aut mur
tabilitate variat. ſed tñ electis aut reprobis non ſub eadē in
cōmutabilitatis ſpecie demonſtrat. quia et tranquilluſ iuſtis
et iratuſ apparebit iniuſtis. Teſtē enī p̄ſcientiā intra ſemet
ipſos deſerūt. Vñ et eorū mētes eque vnū reſpiciūt: ſed nō
equaliter modificant. quia et iſtis eū benignū ondit iuſtitia:
et illis terribilē culpa ſua. quorū pauorē quis explicet cū con
tingit miſeris et intra ſe culpā cernere: et ante ſe iuſtū iudi
cem videre. Hoc nimjū quotidie in vſu vite preſentis agit. ut
de qualitate venturi iudicii corda mortaliū doceant. Nam
cum duo ad iudiciū pergunt, aliuſ innocentie ſibi conſcius,
aliuſ culpe ſue ante platam ſententiā adhuc tacentē iudiceꝝ
conſpiciunt: et tñ culpe debitor grauē contra ſe iram hoc ip
ſum iudicis ſilentij ſuſpicatur quam iram ſibi nō denunciat
p̄turbatio iudicis: ſed recordatio prauitatis. quia et ſi ad
huc eum reum eſſe ſententia nō foris clamat: intus tñ p̄ſciē
tia grauiter accuſat. At p̄tra iuſtitie amicus decernētis vul
tum conſpicit: ſed intus de teſtimonio recordationis hylare
ſcit. et quia quod metuat nō habet: ideo omne qđ circa ipm
eſt blandū videt.

Sermo. iiii. de diſcuſſione merito
rum: cōtinens paragraphos. viii.

Post citationē pemptoriā erit in iudicio meritoꝝ discus-
 fio: sicut describere dignatus ē ipse iudex. math. xxv. vbi
 quattuor p ordinē describuntꝝ/videlꝫ iudicis veniētis dñatio
 potestatiua. Citatoꝝ cōparentiū pgregatio collectiua. Con-
 gregatoꝝ sepatio distinctia. Meritoꝝ disceptatio discussiua
¶ §. i. **¶** Dicis enī ibi. cū venerit filius hoīs in maiestate sua
 .i. in diuinitate cuius virtute tāq̄ ex sūma auctoritate repro-
 bos iudicabit: in ea tñ forma q̄ iudicatus fuit. i. hūanitatis:
 apparebit oibus tā bonis q̄ malis: et in ea iudiciū exercebit
 ut dictū est. et omīs angeli eius cū eo/ nec solū angli: sed etiā
 omīs sancti. sicut dicit̄ Isa. iiii. Deus ad iudiciū veniet cū se-
 nioribus populi et pncipibus. per seniores intelligens et desi-
 gnans patriarchas et pphās et aplos qui maiores et excellē-
 tiores sunt in populo. p pncipes significans angelos. Tūc se-
 debit in sede maiestatis sue. In sede notaf̄ excellētia iudicia-
 rie potestatis quā tūc manifestū erit eū habere sup eccliam
 psal. Deus sedet sup sedē sanctā suā. Et isa. vi. Vidi dñm se-
 dentē super solū excelsum et elcūatū et plena erat omīs terra
 maiestate eius. **¶** §. ii. **¶** Et pgregabuntꝝ tanq̄ citati et obe-
 dientes citationi ante eū tanq̄ ante iudicē suū p meritis re-
 cepturi: omīs gentes scz cuiuslibet etatis/ status/ pditionis/ se-
 xus/ honoris. **¶** §. .iii. **¶** Et separabit eos ab inuicē scilz bo-
 nos a malis. bonis stantibus cum ipso sursum in aere. Impi-
 is vero manētibus in terra deorsū: sicut pastor separat oues
 ab edis. p oues significāf̄ electi tanq̄ mūdi/ fructuosi/ simpli-
 ces/ inocētes/ hūiles/ patientes. p edos reprobi designāf̄ tāq̄ ī-
 fecūdi et fetidi. **¶** §. .iiii. **¶** Post hec fiet disceptatio meritoꝝ
 in q̄ p̄siderāda sūt q̄ttuor horribilr formidāda: vicꝫ occultoꝝ
 p̄scrutatio. p̄scrutatoꝝ publicatō. publicatoꝝ attestatio. atte-
 statoꝝ ob iurgatio. p̄mū igif̄ erit occultoꝝ oim p̄scrutatio.
 Deus ei q̄ est inspector intus occultoꝝ: sciet/ vicꝫ ⁊ agnoscet
 oia secreta cordiū et nihil eum latebit: et omnia que late-
 runt in cordibus singuloꝝ ante ipsoꝝ oculos reuocabit: ut ⁊
 ipse iudex videat et qui fecit. Vnde psal. ait. Arguam te et
 statuā contra faciē tuam. de hoc dictū est capitulo precedēti
¶ §. v. **¶** Secōdo fiet ibi occultoꝝ publicatio. quia iudex non

Pars tertia

solū vnicuique secreta sua facinora reuelabit: sed oib⁹ aliis angelis bonis et malis. Sicut ait dñs p prophetā osee. vi. Iudicia mea quasi lux egredient. Et sopho. iii. Mane iudiciū suum dabit in luce et non abscondet. Itē reuelabo pudēda sua corā facie tua et ostendā gētibus nuditatē tuā: et regnis ignominia tuā. Singula verba diligēter attende et discretōnis libra pondera quid importent. honestus homo erubescit etiā suauidere pudenda. magis autē verecundā videre aliena. sed incōpabilit^r plus horreret ab aliis videri sua. Quantū ad primū dicit: reuelabo pudenda corā facie tua: ut in teipso p̄mitus erubescas. postea subdit et oñdā gentibus nuditatē tuā. Attende quantā verecūdia suffūderet honesta mulier ⁊ pudica si corā hominibus totius regni in suā ignominia nuda res. Reuera p̄nima p̄fusione deficeret: etiā si multa speciositate niteret; magis autē si difformis esset et horrida et p̄pter hoc in ludibriū habere. Adhuc autē longe magis horreret si multa feda et enormia in secreto cordis eius latētia corā oib⁹ vulgarent. Quanto igit^r incōpabilius quelibet aia p̄fudet q̄ corpus eius omni difformitate turpius: et omni fetore fetentius omnibus ostendet. Adhuc longe vehementius: quia cuncta eius horrēda flagicia omnibus reprobis hominibus et demonibus nudabunt. Adhuc etiā horribilius: quia ab omnibus bonis hominibus et angelis videbunt. Sed inestimabiliter intolerabilius se videri ab ipso summo iudice p̄fudet. Cogitet vnusquisq; si potest quanta tūc erit p̄fusio in cordibus impiorū et q̄ inexcogitabile ex hoc extrema confusione tormentum. ¶ **Paragra. vi.** ¶ **Tertio** adhuc ad augmentum miserie reproborum fiet ibi pmulgatorū p̄testatio. Oēs quippe creature sensibiles quarum vsu vel obsequio abusi sūt impii in testimonium contra ipsos adducunt. sicut dicit. iii. reg. i. Ignis in p̄spectu eius exardescet et in circuitu eius tēpestas valida: aduocauit celū desursum et terram discernere populum suum. Item deutrono. xxxii. Inuocabo contravos celum et terram / id est omnes creaturas que sunt in celo et in terra. Item p̄tra ipsos testificabuntur homines quos opp̄serunt temporaliter / corporaliter / uel spiritualiter leserunt:

ad peccatū attraxerūt. impedierūt a bono/ verbis/ moribus
 et exemplis/ occasionē ruine uel scandali prebuerunt. pacem
 eorū et cordis sabbatū turbauerunt. deniq; creatorē eorum
 et dñm offenderunt. Item testificabunt contra ipsos speciali-
 ter om̄s sancti quorū piurauerunt nomina. fregerunt vota.
 violauerunt festa. pphanauerunt impie. loca sancta blaphe-
 miis et nephandis operibus impugnaverūt. Itē contra ipsos
 testificabunt etiā demones qui eorū scelera viderunt quorū
 persuasionibus acquieuerūt: et p̄silis adheferunt. Itē testifi-
 cabunt contra ipsos angeli sancti quorū custodia p̄cauerunt.
 quorū doctrinā/ monitiones/ et p̄silia/ necnō et intercessiōes/
 auxilia et reprehensiones et omne caritatiuū ministeriū p̄te-
 pserunt. Vñ ait origenes. Vnusquisq; angelorū in extremo
 iudicio aderit p̄ducens illos quibus p̄fuit. quos adiuuat. quos
 instruxit p̄ quibus sp̄ faciē patris vidit. Vnde tot testibus et
 tantis multiplicatis contra miseris om̄i fide dignissimis et
 omni exceptione maioribus nō habebit eorū aliquis qd vale-
 at rñdere. sed dicere pōt illud iob. x. Instauras testes tuos cō-
 tra me. Sed qd erit mai⁹ et ḡuius vniuscuiusq; p̄scia testifica-
 bitur: et clamabit p̄tra ipsū. sicut ait ap̄ls ro. ii. Testimoniū
 illis phibente p̄sciētia ipsorū cogitationū aut etiā defenden-
 tiū in die cū iudicabit dñs occulta hoīm. Vnusquisq; enī li-
 bri p̄damnatiōis sue portabit: et aptū corā oībus demōstra-
 bit q̄ oībus aliis euidētior et irrefragabilior testis erit cūctis
 q̄ et ipso iudice tacētibus. i. si tacerent quimo si p̄ ipso testiō
 niū phibere possent et vellēt ipm impiū nihilominus p̄dēna-
 bit. De libris hmōi dicit dañ. vii. Iudiciū cedit et libri aper-
 ti sunt. Et apocalipsis. xx. Vidi mortuos magnos et pusillos
 stantes ante thronū et libri aperti sunt: et alius liber apertus
 qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex his q̄ scripta sunt
 in libris secūndū opera ipsorū. Postremū ad cumulū dam-
 nationis ipsorum: contra eos testificabitur ex abundanti eti-
 am ipse iudex sicut ipse dicit per prophetam hieremie. xxix
 Ego sum iudex et testis dicit dominus. Vnde etiam egre-
 gie ait prosper libro de vita cōtemplatiua. Cum ad illud vlti-
 mum iudicium venerimus: ab eo iudice iudicandi qui nec

ad istos an
 oles in iudica
 re iudicium
 p̄p̄tati in co
 et rep̄p̄o
 et d̄f̄c̄c̄i
 o exobediē
 tere aliter id
 Quantū ad p̄
 et in teip̄o p̄m
 moditate m̄i
 mulier / par
 m̄ia multa
 multa specios
 erit et. p̄p̄o
 magis horret
 nis latēta car
